ubi animę sanctorum sabbato felici id est requię perfru
untur ęterna. Octaua est uentura tempore resurrec
tionis omnium et uniuersalis iudicii. Iustitię autem
praeconem Noe cognominat quia iustitię opera faci
ens cunctis intuentibus qualiter coram domino inuen
dum esset ostendit. Et ciuitates sodomorum et gomor
reorum in cinerem redigens euersione damnauit.
Quia ciuitates impiorum in cinerem redactas
asserit dupliciter intellegi debet. Quia et pri
mo per incendium eas cum adiacentibus terris in cine
rem redegit. Et cum locum incendii postmodum
mortui maris undis contexerit. seruare
adhuc uoluit circum positam regionem. pris
cę speciem poenę. Nascuntur enim poma pulcher
rima quę et edendi cupiditatem spectantibus
generent. si carpas fatiscunt ac resoluuntur